

placuiti Domino nostro JESU-
Christo.

Oratio de Laudibus.

DIE XXXI. JUL.

B. M. V. DE AUXILIO.

Duplex.

Oratio.

Præsta, quæsumus, Omnipotens
Deus, ut qui Sanctissimæ Genitri-
cis tuæ auxilium assidue implora-
mus, ab omnibus mentis et corporis
periculis liberemur. Qui vivis.

Leet. 1. Noct. de fer. occurr.

IN II. NOCT.

Sermo S. Amadei Ep. Lausanensis.

Homil. 8. de Laud. B. V. M.

LECTIO 4.

Notandum ac solertèr intueundum,
quanto affectu, quantavè benigni-
tate Diva Virgo cognatos sibi puri-
tate animi complectitur, et diligit,
quæ homines nequam et sceleratos
suo interventu, ut sæpè dictum est,
à morte peccati, et æternis dolori-
bus incessantèr absolvit. Gemina
quippe dilectione rutilans et insig-
nis, hinc in Deum ardentissimè fi-
gitur, cui adhærens unus Spiritus
est, hinc electorum corda blandè
consolatur et altrahit, eisque Nati
largitate optima dona partitur.
Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Motu ergo celerissimo senas sera-
phim alas excedens, nunc in fonte
fruitur amore deitatis, nunc terras
signis et virtutibus illustrans, ubi-
quæ suis, ut mater jueundissima,
et misericentissima occurrit. Quos-
dam præsentia subactis vitis reddidit
victiores, quosdam magnarum vir-
tutum pio interventu facit compo-
tes, quibusdam intimæ contempla-
tionis pandit sinum, aliis in exitu
vitæ iter præbet securum, ut nulla

Die XXXI. Julii.

deleat virtus adversarii, quibus
ducatum præstat ad Christum Ma-
træ Unigeniti Dei. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Extant harum assertionum exem-
pla plurima, quæ ut notissima et
pervulgata compendiosè prætendi-
mus. Sciendum verò certissimè,
quod creberrima miracula, innum-
mera beneficia, spirituales visiones,
celestes revelationes, sublimes con-
solationes almæ Parentis Domini
orbis terrarum assidue coruscant,
donec finem mundus iste sen-
sescens inveniat, inlaescente reg-
no ejus non est finis. Tu. ꝑ.

Homil. de Comm. pro Duplicib.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Trevirensis
de Deserto.

Gompenb. 746.

Deserti titulum habet hæc Deiparæ
Imago, quæ in deserto, seu abstru-
so silvæ loco diu sine debilis hon-
oribus stetit: anno millesimo qua-
dringentesimo quadragesimo nono
possuerat illam in stipite simplex
vinitor loco suæ pietati commoda,
nam ibi cum Virgine suâ colloquia
miscbat. Vicini postea ad ejus
exemplum cœpere quoquè fre-
quentare locum, ubi remedia malis
suis facile inveniebant, quibus me-
dici nondum invenerunt. Inde est,
quod ejus miraculorum famâ cre-
scente, collectis pecuniis Episcopus
Deiparæ templum struxit tertio ab
urbe Trevirensi lapide, sicutamque
ei intulit. Nec abiit Deipara sla-
tuam suam illuc deportari populo-
rum hono, quos ne quidem pro be-
neficiis et miraculis longo itinere
fatigari voluit. Tu. Te Matrem.

Ad Bened. ant. Auxilium tuum,
Domina, imploramus, defende nos
semper in omni eventu.

Vesperæ de sequenti.

FESTA AUGUSTI.

DIE PRIMA.

SS. CORPORIS B. M. V.

Duplex majus.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus,
qui sacratissimum MARIE Corpus,
tot et tantis prærogativis decorasti,
illudque dignum effecisti, ut ex eo
immaculatam carnem assumes:
concede propitius, ut qui ipsum
devotè veneramus in terris, cum
ipso tuæ gloriæ participes flamus
in cælis. Qui vivis et regnas.

Leet. 1. Noct. de Comm.

IN II. NOCT.

Ex verbis B. Dionysii Carthusiani.
De laud. B. V. M. libr. 1. art. 17.

LECTIO 4.

Videmus in quanto honore habeantur
sanctorum reliquia, immò et
materia in se viles, quæ sanctorum
corpora tetigerunt; et ad ea aliquo
modo pertinuerunt, ut vestes, bac-
cæli, et capilli ipsorum. Itaque in-
notescit, quod quanto incompara-
bilis Virginis Sacratissimum corpus
fuit ab omni labe peccati, etiã veni-
nalis magis immune, rationi quo-
quæ ac legi divinæ magis subjec-
tum, et excellentissimâ castitate
amplius decoratum, in quo nun-
quam fuit, nec minimus quidem
motus inordinatus, aut stimulus,
atque in summâ sobrietate, omni-
que exercitio sancto incessabiliter
exercitatum, eò nobiliter ac dignius
est effectum: et certum est, quod
in his omnibus inlittissimæ, et in
æternum benedictæ MARIE Cor-
pus ineffabilis excellentiæ fuit. Ideo
acceptissimum extitit Creatori, et
quanto per naturam erat declivius,
tantum per gratiam et virtutes fac-

Die I. Augusti.

tum est sublimius, dignius, atque
nobilius. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Præterea aliunde inestimabiliter
dignificatum est præstantissimum
MARIE Corpus: primò ex eo quod
ex ejus portione et substantiâ sum-
ptum et formatum est corpus illud
dedicatum, quod in unitatem per-
sonæ sibi assumpsit Verbum æter-
num. O postus incomparabilis Do-
mina, pretiosissima Virgo MARIA,
cujus portio modica à Verbo æter-
no assumpta ad redimendum totum
genus humanum fuit idonea! Se-
cundò, quoniam in castissimo ute-
ro ejus quævit, et commoratus est
mensibus novem Dei Unigenitus,
homo factus et nutritus mundis ip-
sius sanguinibus. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Tertiò, quoniam Deum ex se verè
et corporaliter natum hæc optima
et nobilissima Virgo MARIA suo
felicissimo corpore quotidie cum
summâ charitate, reverentiâ et hu-
militate honoravit, nutritis, lacta-
vit, circumferebat, amplectabatur,
et contractavit, impendens adorando
Infantulo, quod infantibus so-
lent impendere genitricis. Certè,
ò amabilissima Virgo, tam digni-
ficata est ex prætractatis tua illu-
strissima caro, ut nullius pura crea-
turæ corpus, nec cælorum, nec
planetarum, nec syderum valet ei
in nobilitate et dignitate æquari.
Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Leetio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 6. v. 17.

In illo tempore: Descendens JESUS
de monte cum discipulis suis, stetit
in loco campestri. Et reliqua.

Homilia B. Dionysii Carthusiani.

De laudib. B. V. ut supra.

Si virtus exivit de Christo inter ho-

mines conversante, et sanavit omnes, quanta virtus intra tot menses emanavit ex eo in vas illud mundissimum, in quo ipsemet sic personaliter habitavit? Si quis per horam in manu rem odoriferam, preliosam, suavem habet, nonne manus ejus contrahit indè fragrantiam et virtutem? Tu. ꝑ.

LECTIO 8.

Quantam ergò suavitatem, dignitatem, munditiam conferunt immaculatissima viscera benedictæ MARIE ex causâ divinâ habitantis in eâ, præsentia ejus qui est essentialiter et inextricabiliter ac superperplexissimè sanctus, dignus, suavis et virtuosus? Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Aliagensis de Rubo.

Gumpenb. Imag. 649.

Aliagæ in Aragoniâ in vepribus quidam rusticus propè ipsam pagum Deiparæ Imaginem invenit, et eam loquentem audivit. Jussit illa, Aliagensibus suaderet, ut templum ibi edificarent. Fecit ille imperata, suavitque templum, sed plus non persuasit, quàm ut eam deportarent in pagum Templum parochiale. Virgo non contenta more suo ad vepres reversa est, relicto templo pagi: ut quæ sibi novum velle à fundamentis extrui, quod Aliagenses secundo miraculo permoti fecerunt, non expectantes tertia imperia. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Pio Papâ Nono.
Const. Ineffabilis. 8. Dec. 1854.
540. «Sancti Ecclesiæ Patres» testati sunt carnem Virginis ex Adam simplicem maculas Adæ non admisisse, ac propterea beatissimam Virginem tabernaculum esse ab ipso Deo creatum, Spiritu San-

cto formatum, et purpureæ reverè opere, quod novus ille Beseleel auro intextum, variumque effinxit. Tu.

Cum 2. vesper.

DIE II. AUG.

CONSECR.

S. M. DE PORTUINCULA.

Duplex.

Offic. fit de comm. Dedicat.

Lect. 1. Noct. de feriâ.

IN II. NOCT.

LECTIO 1.

Ex Brev. Franciscano.

Quancumque Beatus Franciscus omnes Ecclesias semper quoad vixit, summoperè dilexit, maximoque in honore habuit, præcipuo tamen studio, singularique religione ediculam illam propè Assisium coluit, quæ Ecclesiæ tum Sanctæ MARIE Angelorum tum Portuinculæ nominatur. Idque multis de causis: primum, propter ejus incredibilem in Beatissimam Matrem Dei pietatem, maximamque in sanctos angelos observantiam. Deindè, quòd non solum ex aliis cognovisset in eo Sacello sæpè suavissimos angelorum concentus audiri, ex quo etiã accepisse agnomen putabatur; sed etiã ipsemet expertus esset, eorumque aspectu, colloquio, ac solatio potius esset. Postremò quòd ea esset Ecclesia tam longè antè à Domino præparata, in quâ ordinem suum inchoaret; quòd idcirco Ecclesiam Portuinculæ appellari voluisset, quòd esset futura mater, et caput pusilli gregis Fratrum Minorum. Quam ob rem mirum in modum cupiebat, ut ab omnibus in summâ veneratione haberetur. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Cum igitur quâdam nocte oraret in

habitalo suo supradictæ Ecclesiæ proximo, significatum est ei divinitus, in ipsâ Ecclesiâ esse Dominum JESUM, ejusque Sanctissimam Matrem cum ingenti multitudine angelorum. Quo nuntio, incredibili affectus lætitiâ, confestim delubrum ingressus, cum primum ineffabilem illam Filii Dei majestatem, et gloriam aspexit, ante conspectum ejus prostravit, eumque quâ maximâ potuit animi submissione ac pietate adoravit. Quem Dominus benignissimè appellans admonuit, ut ab eo aliquid beneficium pro salute hominum peteret. At ille adjutus patrocinio Matris, cujus opem imploraverat, supplex petiit, ut omnibus Ecclesiam illam introentibus concederet veniam, et indulgentiam omnium peccatorum suorum, quorum confessionem Sacerdoti fecissent. Respondit Dominus, id sibi placere: precepitque illi, ut ejus Vicarium adiret, et ab eo suo nomine illam indulgentiam postularet. Tu.

ꝑ. Verè Dominus.

LECTIO 6.

Manè igitur Beatus Franciscus comite fratre Massæo profectus est Perusiam, ubi tunc erat Summus Pontifex Honorius tertius. Ad quem ingressus mandatum exposuit, rogans, ut quod placebat Christo, cujus ipse in terris locum ac personam tenebat, id ipsi non displiceret. Pontifici primò parum honesta visa es res, quæ pelebatur, tum quòd ea omninò libera, hoc est, sine oblationibus, tum quòd maxima, eademque absoluta, ac perpetua petebatur. Tandem intelligens Pontifex divinam voluntatem concessit eam Beato Franciscò plenariam quidem, et liberam ac perpetuam: sed unius duntaxat diei

naturalis cujusumque anni, hoc est, à Vesperis Kalendarum Augusti, usque ad vespertas sequentis diei, qui est anniversarius dies Consecrationis supradictæ Ecclesiæ: Et cum ei diploma dare vellet, ille sibi satis esse verbum ipsius, Dominum enim opus suum per se ipsum divulgaturum, ac magnificenturum. Quod quidem mirabiliter evenisse cernimus. Tu. ꝑ. In multitudine.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam Castellum, et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua. Hom. S. Antonii Arch. Florentini.

Tit. 13. c. 43. de Assumpt. B. V.

Quod ergò dicitur in Evangelio, quia intravit JESUS in quoddam castellum, significat ingressum Filii Dei in hunc mundum. Dicitur mundus castellum, quia habet conditionem castelli rebellis. Hoc autem castrum intravit mundi in die incarnationis. Et mulier quædam Martha nomine excepit eum in domum suam. Martha autem interpretatur Domina, seu provocans. Tu. ꝑ.

LECTIO 8.

Hæc est enim Beata MARIA, quæ per suam maximam humilitatem provocavit Dei Filium venire in domum uteri virginis. Et ipsa Domina amplissimè dicitur, quæ super alias omnes dominata est suâ sensualitati et corpori. Lect. 9. Nec aliqua creatura alia digna fuit recipere Deum in utero sui domum, nisi Beata MARIA. Undè cum Ecclesiæ Domus pudici pectoris templum repente fit Dei, inlacta ne-sciens virum, verbo concepti Filium. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Valencensis de Eremitorio.

Gumpenb. p. 743.

Prope urbem Valencensis Eremita habitabat, et Deiparæ Imaginem impensè colebat, et ut credibile est, urbem peste afflictam ei commendavit. Apparuit illa viro, et in mandatis dedit, ut magistratui denuntiaret, jejunium vigiliâ nativitatî suæ imminente totâ urbe. Si id facerent, postea civis mira visurus: Facto jejunio populus mania implevit, visurus quæ promittebantur mirabilia: visa deniquè est Deipara exire ex Eremitorio, angelorum, sanctorumque comitata choro, et funiculo mensura totum urbis circuitum duarum leucarum, et iterum in Eremitorio redire, quod Eremita sibi in Sacelli formam edificaverat: jussit insuper, ut processio perpetua festo Nativitatî suæ institueretur. Funiculus adhuc hodiè asservatur. Processio habetur, sed circuitus duarum leucarum non totus una vice perficitur. Tu.

Te Matrem.

CANON.

Ex Gregorio Papâ Decimo Quinto.

Bulla Splendor pat.—Bibl. Ferrar.

V. Indulgentia a. 3. n. 51.

341. Volentes omnes et singulas Ecclesias ordinis Fratrum Sancti Francisci... ubique existentes aliquo spirituali munere illustrare... omnibus utrisque sexûs Christi fidelibus, verè penitentibus et confessis, ac sacrâ communione repletis, qui aliquam ex dictis Ecclesiis in secundâ die mensis Augusti... singulis annis visitaverint... plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditèr in Domino concedimus. Tu.

Vesper. à Capit. sequent.

DIE III. AUG.

MERITORUM B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Præstia quæsumus, omnipotens Deus, ut qui in nostris operibus fiduciam non habemus, per merita Sanctissimæ Genitricis tuæ, salutem æternam, quam suppliciter poscimus, consequamur. Qui vivis.

LECTIO 1. Noct. de serid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Antonii Arch. Florentini. 4. part. summ. tit. 13. c. 2. §. 6. apud Crisog.

LECTIO 1.

Quamvis sancti in multis et per multa bona opera sese exercuerunt in gratiâ, nullus tamèn fuit, qui semper et in omni tempore secutus fuerit instinctum gratiæ, ut sic semper in operibus suis mereretur. Hoc enim privilegium fuit singularis gratiæ in Beatâ Virgine MARIA, quæ quolibet motu liberi arbitrii ad agendum vel patiendum merebatur, quatenus actiones illæ sive passionès gratiâ erant informata. Tu. g.

LECTIO 5.

Tum quia secundum Philosophum intellectus semper rectus est, nisi quando se immiscet phantasiis, et seducitur ab eis. Intellectus autem Beatæ MARIE nullis unquam se immiscuit phantasiis, ut ab eis seduceretur; ac proinde semper suam conservavit reclinidinem. Rectum porò nihil est aliud, quam cujus medium non exit ab extremis: ergo semper mens ejus in summum bonum, velut omnium principium finemque tendebat. Tu. g.

LECTIO 6.

Tum quia Virginis ratio nec in discernendo errare, nec voluntas mala eligere poterat, sed elegit ut-

Die V. Augusti.

CANON.

Ex D. Bonaventurâ Episcopo.

Spec. B. V. c. 6.

342. Mulier super omnes mulieres pudorata, super omnes sancta est MARIA, in quâ est gratia super gratiam, gratia gloriæ super gratiam viæ, gratia præmiorum in cælo super gratiam meritum in mundo. Tu.

Cum 2. Vesper.

DIE V. AUG.

DEDIC. B. V. M. AD NIVES.

Duplex majus.

Omnia non propria de comm. Dedic. Oratio.

Deus, qui ad declarandam gloriam Genitricis tuæ gloriôsè Virginis MARIE descensu nivis in astivis caloribus locum, in quo ei edificaretur templum, dignatus es demonstrare: tribue, quæsumus, ut ejus obsequiis insistentes, refrigerato astu concupiscentiæ, candore innocentie dealbemur. Qui vivis et regnas.

AD MATUTIN.

HYMNUS 293. J. M. Caryophil. Vidit Hæbreus sibi manna lapsum Mentis ad votum malè murmurantis:

Mentis ad votum benè supplicantis Nix cadit urbi.

Illud ignoto fuit imbre missum, Panis è cælo, cibus angelorum: Nix datur Romæ, peregrinus imber Dum leo ferveat.

Manna divina fuit umbra carnis, Quam tulit Virgo gravidata Verbo: Nix figuravit spatium struendæ Virginis ædi.

Manna sed murmur peperit secundum

Genis indidæ; nive surgit ædes, Splendor æternæ venerandus urbi Nomine major.

timum dulcitat et optimum. De illâ enim multò verius dictum est: MARIA optimam partem elegit, scilicet unum, quod est semper, et absolute necessarium, nempe summum bonum, atque ita semper circa illud operando meruit. Tum quia Beata Virgo consilium illud Apostoli: sive manducalis, sive bibitis, sive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite; præ reliquiis viatoribus, quorum nemo id semper servavit, executâ est. Unde Odilio in quodam sermone: unum pro certo scimus, quia omnis MARIE actio semper Domino intenta fuit. Tu. g.

Homil. de comm. pro Duplice.

LECTIO 9.

Commem. B. V. Paduanæ de Peste.

Gumpenberg.

Neglecta jacebat hæc Deiparæ Statua in angulo palatii Prætoris urbis, anno millesimo quingentesimo septuagesimo, tempore quo tota illa regio gravissimâ peste affligebatur. Sed diva Virgo tantæ calamitati occurrens, ipsi Prætori Aloysio Georgio apparuit nocte una ac disertè affirmavit, finem tantî mali fore tunc, quandò cum debitâ pompâ illaturus esset ipse templo Carmelitarum Statuam, quam tamdiu in palatio contempnam tenebat. Eandem visionem Pater Carmelitarum Provincialis habuit, quam vix ipse Prætori narravit, insigni pompâ Statua per urbem deducta est, et templo à Virgine designato illata. Statim verò ac templo pedem statua intulit, cessavit pestifera lues urbe paduanæ, et omni venetâ ditione. Quam Historicorum nec posteri ignorarent, majores marmori scilè sculptam inseruere templo. Miraculis aliis quoque illustris esse cepit. Tu.

Te Matrem.

Hic ubi Lucae digitis imago
Pieta Reginae pia corda lactat:
Hic ubi Virgo meritis honores
Undique carpit.

Et sacerdotum colitur senatu,
Et refulgentis gravitate templi,
Et salutantis populi recurvis
Cruribus undâ.

Sit decus summo sine fine Christo,
Sancta quem Virgo genuit MARIA,
Qui Patri compar, Spiritui Sancto,
Regnat in ævum. Amen.

Lect. 1. Noct. de eodem Comm.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Ex Brev. Romano.

Liberio Summo Pontifice, Joannes
Patritius Romanus, et uxor ejus pari
nobilitate, cum liberis non suscep-
sent, quos honorum hæredes relin-
querent, suam hæreditatem San-
ctissimæ Virgini Dei Matri vove-
runt, ab eâ summis precibus assi-
duè petentes, ut in quod diu opus
eam pecuniam potissimum erogari
vellet, aliquo modo significaret.
Quorum preces et vota ex animo
facta Beata Virgo MARIA benignè
audiens, miraculo comprobavit.
Tu. ꝯ. Magnum.

LECTIO 5.

Noctis igitur Augusti, quo tempore
in urbe maximi calores esse solent,
nocturnix partem collis Exquilini con-
textit. Quâ nocte Dei Mater, separa-
tim Joannem, et conjugem in som-
nis admonuit, ut quem locum nive
conspersum viderent, in eo Eccle-
siam edificarent, quæ MARIE Vir-
ginis nomine dedicaretur: se enim
illa velle ab ipsis hæredem institui.
Quod Joannes ad Liberium Pontifi-
cem detulit, qui idem per somnum
sibi contingisse affirmavit. Tu.

ꝯ. Verè Dominus.

LECTIO 6.

Quarè solemnè Sacerdotum, et po-
puli supplicatione ad collem venit

nive coopertum, et in eo locum
Ecclesiæ designavit, quæ Joannis
et uxoris pecuniâ extructa est, po-
stè à Sixto Tertio restituta. Variis
nominibus primum est appellata:
Basilica Liberii, Sancta MARIA ad
præsepe. Sed cum multæ jam es-
sent in Urbe Ecclesiæ sub nomine
Sanctæ MARIE Virginis, ut quæ
Basilica novitate miraculi, ac dig-
nitate cæteris ejusdem nominis Ba-
silicis præstaret, vocabuli etiâ ex-
cellentiâ significaretur, Ecclesia
Sanctæ MARIE Majoris dicta est.
Cujus Dedicacionis memoria ex ni-
ve, quæ hæc die mirabiliter cecidit,
anniversariâ celebrata colitur.

Tu. ꝯ. In multitudine.

Hom. de Comm. pro Duplic. ma-
jorib. Congruè satis.

AD LAUDES.

HYMNUS 294. Joan. Mich. Silos.
Surgit ter amplæ Regia Virginis.
Culnque et altâ mole superbiôr,
Æstiva quondam quâ supinas
Exquilias operuit pruina.

Quam læta rerum monstra Qui-
ritium

Gens vidit! ardens cum nive candida
Respersa tellus, dedicavit

Templa Dei niveæ parenti.

Æterna summo gloria sit Patri,
Natoque, necnon Spiritui Deo
Nunquam tres unum, futuris
Posteritas colat usque sæclis.

Amen.

CANON.

Ex Nicolao Papâ Quarto.

Bull. ann. 1287.—apud Bened.
XIV. de Festis. B. V. c. 7. n. 14.

343. «Cupimus», ut Ecclesia
nostra ad honorem Virginis con-
structa, cujus quidem structuram
gloriosus Deus in sanctis suis per
immissionem nivis æstus tempore
mirabiliter indicavit, congruis ho-
noribus frequentetur. Tu.

Cum 2. Vesper.

B. M. V. MONTIS GUARDIÆ.

Semiduplex.

Lect. 1. Noct. de fer. occur.

LECTIO 4.

Balingh. sub die 5. Julii.

Vir quidam in Græciâ vitæ innocen-
tiâ venerandus, Constantinopoli in
æde sacrâ Sanctæ Sophiæ vidit
imaginem Beatæ MARIE Virginis
cum hæc inscriptione: Tabula hæc
Luca Evangelistæ manu depicta,
in fanum ejus montis Guardiæ in-
dificatum ferenda, ibique supra
altare locata sanctissimè colenda.
Ipse autem cupiditate incensus,
quisnam esset mons ille, Sacerdo-
tes templi adit, à quibus id respon-
si refert à parentibus accepisse,
eam Imaginem semper summâ religio-
ne habitam, necdum tamen post
varias inquisitiones comperit,
ubinam esset mons ille Guardiæ.
Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Iaque, acceptâ Imagine per varias
regiones discurrit, ubique sciscitan-
do ubinam terrarum esset mons
ille; at frustra, donec tandem Ro-
mam perveniens, à quodam Bono-
niensi cive, qui tunc in urbe Sena-
tor erat, didicit, ubinam assurgeret
mons Guardiæ cum templo di-
vo Lucae dicato, ut habebat inscri-
ptio. In agro, inquit, nostro Bono-
niensi mons ille, illudque templum
est, altero hand longius lapide ab
urbe distans. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Igitur vir iste Bononiam tendit, Bo-
nionensibus quantum efferat the-
saurum explicat. Illi tridui suppli-
cationes indicant, quas amplissimâ
pompa, summâ religione obire.
Coeleste illud donum per urbem
circumferret festo cantu celebra-

les. Tertîa deinde die in vesperum
inclinate, frequentissimus populus
sacram Imaginem Guardiam pro-
sequutus est. Quam in Templo
Sancti Lucae in ipso montis apice,
supra aram, ut scripto monebatur,
ritè collocarunt. Ad ea innumera
propè miracula fiunt, quod ex votivis
tabellis patet, et ex donariis
varis cereis argenteis, et aureis.
Hanc imaginem Pius Papâ Nonus
die decimâ Junii anni millesimi oc-
tingentesimi quinquagesimi septimi
solemnissimâ pompâ magnifico dia-
demate donavit. Tu.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum
Matthæum.

LECTIO 7. c. 17. 1.

In illo tempore: Assumpsit JESUS
Petrum et Jacobum, et Joannem
Fratres ejus, et duxit illos in mon-
tem excelsum: et transfiguratus
est ante eos. Et reliqua.

Homilia S. Antonii Paduani.

Serm. 1. in Dom. 1. Quadr. p. 228.

Duxit illos. Statuitur situs, sive
gradus summæ pietatis, et afflucen-
tiæ, scilicet Virgo MARIA, per
montem figuratâ. In montem excel-
selsum. Exprimitur gustus miræ
patientiæ, quia Deus transformavit
se ipsum in hoc monte, scilicet Be-
atâ Virgine, ut peccatoribus humiliter
se conformet. Tu. ꝯ.

LECTIO 8.

Et transfiguratus est ante eos. Po-
namus enim quòd Dei Filius in
hoc monte fuerit transfiguratus,
quandò formam servi accepit, ut
dicit Apostolus: Exinanivit seme-
típsum formam servi accipiens: ta-
men Deus transfiguratur continè
in conspectu peccatorum, quandò
scilicet, ille qui in se contra pecca-

tores concitatur furore, in hoc monte efficitur mansuetus. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Nota: Beata Virgo est mons, quia sicut montes sunt superius luminosi, inferius spatiosi, interius onerosi, exterius pascuosi; sic Beata Virgo fuit superius luminosa puritate, quam cum angelis participat. Inferius spatiosa charitate, quâ tantum ad humanum genus efficitur. Interius onerosa pietate, quæ continuè scaturit in ejus corde. Exterius pascuosa sanctitate, quâ ibi poteris pasci omni fructu virtutum, omni flore honestatis et reverentia. Tu. Te Matrem.

*Ad Benedict. ant. Ne stes * in omni loco circa regionem, sed in monte salvum te fac.*

Vesperæ sequentis.

DIE VII. AUG.

VIDUITATIS B. M. V.

Duplex majus.

Oratio.

Majestatem tuam, omnipotens Deus, supplices deprecamur, ut qui exultantibus animis Beatiſsimæ sempæque Virginis MARLE Viduitatem celebrare gaudemus, ejus gloriosis precibus et meritis ab instantibus malis, et à morte perpetuâ liberemur. Per Dominum.

IN I. NOCT.

De Epistolâ primâ B. Pauli Apost. ad Timotheum.

LECTIO 1. c. 5. 3.

Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, et mutua vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua est et desolata, speret in Deum, et instet obsecrationibus et orationibus nocte et

die. Nam quæ in deliciis est, vivens inorta est. Tu. ꝑ.

LECTIO 2.

Et hoc præcipe, ut irreprensibiles sint. Si quis autem suorum, et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus ministravit, si omne opus bonum subsequuta est. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Adolescentes autem viduas devota. Cum enim luxuriata fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simil autem et otiose discunt circuire domus: non solum otiose, sed et verbosæ, et curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratiâ. Jam enim quædam conversæ sunt retrò satanam. Tu. ꝑ.

IN II. NOCT.

Sermo S. Fulgentii Episcopi. Sermo de Laudib. B. M. V. ex part. Sal.

LECTIO 4.

Facta est MARIA fenestra cæli, qui per ipsam Deus verum fudit sacculis lumen. Facta est MARIA Scala cælestis: quia per ipsam Deus descendit ad terras, ut per ipsam homines ascendere mereantur ad cælos. Ipsi enim licet ascendere illuc, qui Deum crediderunt ad terras per Virginem MARIAM descendisse. Facta est MARIA restauratio feminarum, quia per ipsam à ruinâ patriæ maledictionis probantur esse subtractæ. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Tria denique mala Evæ à tribus bonis MARLE probantur exclusa. Nam Evæ dictum est: in doloribus, et tristitiâ paries, et ad virum conversatio tua, et ipse dominabitur tui. Tribus ergo his malis se subjungant femina; quæ MARIAM non sequuntur, dolori, tristitiæ servituti. MARIA autem è contrario quàm præclarissimis tribus bonis sublimetur, auscultatio salutacionis Angelicæ, benedictionis divinæ, et plenitudinis gratiæ. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Ave, inquit, gratiâ plena: benedicta tu inter mulieres. Cum dixit: Ave: salutacionem illi cœlestem exhibuit. Cum dixit: gratiâ plena: ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ, et plenam benedictionis gratiam restitutam. Cum dixit: benedicta tu inter mulieres: virginitatis ejus benedictum fructum expressit, ut ex eo benedicta dicatur inter mulieres quæcumque perseveraverit Virgo. Maledicta enim Eva fuerat, quam nunc credimus per MARIAM ad benedictionem gloriæ remeasse. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 21. 1.

In illo tempore: Respicens JESUS vidit eos, qui mittebant monera sua ad Gazophilacium, divites. Et reliq. Homilia B. Alberti Magni Ep.

De laud. B. V. l. 6. c. 8.

MARIA, Vidua, seu vidua designata per viduam illam evangelicam, quæ tantum duo minuta misit in Gazophilacium, quæ plus uniculis divitibus posuit juxta Dominicam sententiam. Unum minutum fuit ejus humilitas, quæ valde minutam faciebat eam in reputatione suâ, et quæ valde minutum facit hominem seipsum reputare. Undè dicitur

angelo Philadelphia: ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, id est, humilitatem. Talibus enim apertum est ostium paradisi, quia humilem spiritu suscipiet gloria. Tu. ꝑ.

Bened. Cujus Viduitatem.

LECTIO 8.

Aliud minutum fides, quæ comparatur grano sinapis. Hæc duo minuta posuit MARIA, quasi in Gazophilacio, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. Quando dixit: ecce ancilla Domini: ecce primum minutum. Fiat mihi secundum Verbum tuum: ecce secundum. Et benedicta est plus omnibus obtulisse, quia omnibus humilior, omnibus fidelior. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Dicitur etiam posuisse totum vinctum suum, quia in solâ humilitate gloriabatur, et ei dictum est. Beata, quæ creditis. Per humilitatem enim vivit anima vitâ gratiæ, et justus ex suâ fide vivit. Vel duo minuta, duplex humilitas. Item per viduam illam Sareptanam signatur MARIA, quæ pavit Etiam, id est, Christum, de cujus hidriâ non defecit farina, nec oleum de lecytho. Designatur etiam per viduam illam, quæ vasa vacua implevit oleo. Tu.

Te Matrem

CANON.

Ex D. Bonaventurâ Ep. Spec. B. V. Lect. 15.

544. In Judith benedictione potest benedictio MARLE non solum signari, sed etiam per locum à majori probari: si enim sic benedicta est vidua casta, quantum magis Virgo casta? Tu.

Cum secund. Vesper.

D. V. CAMERACENS. DE GRATIA.
Semiduplex.

Lectio. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO I.

Gampenb. Imag. 130.

Percelebrem habet Imaginem Deiparæ urbs Cameracensis, quam nonnulli à Divo Luæâ pictam piè credunt. Ea sub annum millesimum quadringentesimum quinquagesimum secundum maximâ pompâ collocata est in Sacello pereleganti Sanctissimæ Trinitati dicato. Anno millesimo sexcentesimo quadragésimo nono cum obsessum esset ab hoste Cameracum, Sancta Imago publicæ venerationi exposita, et per urbis vias solemniter circumlata, non parvum civibus spem liberandæ urbis iniecit; siquidem quarto Nonas Junii, ipsâ nocte Virginis visitatæ, hostem tam durâ obsidionis fastidium cepit, urbem deducto exercitu, omni periculo, melique liberavit. Tu. y.

LECTIO 3.

Hinc dici non potest, quantum pia illa Belgarum studia incrementum acceperint in hanc Iconem Deiparæ de Gratia. Tanta siquidem exultare pro accepto hoc beneficio grati animi argumenta, ut die unicâ ex solâ urbe Duacensi septem omnino hominum millia supplicatione unicâ septem leucarum itinere illic processerint. Neque breviorẽ viam confecere Valencenatæ, quorum tria et amplius millia eadem die supplicantium ordinibus ad pietatem optimè compositis Cameracum delatâ donis locum honorare. Tu. y.

LECTIO 6.

Ex eo tempore culus, quanquam antè maximus, ita auctus est, ut

hodie inter primas illius Provincie Icones numeretur. Deiparæ Imaginem vestis græcæ ambit, et creditur à multis limus vestis litteras habere inscriptas. Sed videtur caracterem illud genus revocari non posse ad aliquem gentis ullius sermonem: neque insolitum græcis pictoribus vestium limbos punctis et lineis ornare, quas deinde imperiti pro incognitarum linguarum litteris habere. Tu. y.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 27.

In illo tempore: Ingressus Angelus ad MARIAM, dixit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Et reliqua.

Homilia S. Antipatris Bostrorum Ep.
Orat. de S. Joan. Bapt. et de Sabot. Dep.

Virgo autem cum audisset lætissimam, non porrexit aures, sed vocem examinavit, dicens: qualis est hæc salutatio? Qui per se, et non vocatus nostram ingressus est donuculam, quis, inquit, est hic non familiaris, non cognatus, non genus duens ab Adamo? Ex voce conficio hanc esse novam et alienam salutationem. Non adest JOSEPH: voci non assentior. Cum solâ prima parente, ut ajunt, locutus est ille, qui fuit primus auctor malorum. Tu.

LECTIO 8.

Ei autem dixit Angelus: Ne timeas MARIA, invenisti enim gratiam, quam perdidit quæ primum fuit creata femina. Illa sola suscepit deceptionem: tu autem sola attulisti solutionem deceptionis. Paries Filium et vocabis eum JESUM. (Lect. 9.) Illa autem cum parium audisset et filium. Quomodo, ajebat, erit mihi istud, quoniam virum non cognosco? Non contradicens, sed ut per interrogationem

disceret. Quomodo erit mihi istud? Ego, inquit, sola naturam innovo? Liberatorum procreacionis in me solventur rationes? Dic mihi modum, ò hospes; novus enim et alienus est tuus bonus nuntius. Tu. y.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Hinere.

Camòs libr. 9. c. 8.

Gragnenæ perpulchrum exurgit Deiparæ Sacellum sub titulo de Hinere, eo quod in ipso antiquæ Cervariæ itinere à quodam Pastore ejus Imago inventa fertur. Sacra effigies lineæ est, palmo alta: puerum lavâ sustinet sedens: decora vultu et affabilis, ac aspectu gravis: pallio è capite dorsa opera habet. Plurimi hanc frequentant, et nemo sine solatio revertitur. Ipsa ergo nostrum iter nostros dirigit gressus, et tandem nos ad patriam perducit. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Joanne nascente Cameracum cingit Gallus: Virgine visitante, Virgine Gratia suis opitulante, liberat Hispanus.

Vesperæ sequenti.

DIE IX. AEG.

ANNORUM B. M. V.

Duplex.

Lectio 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Spinell. c. 5. p. 87.

Ad septuaginta duos annos vitam perduxisse Deipara creditur: supponitur enim ex communi sententiâ eam in Christi Ascensione quadragésimum octavum vite suæ annum egisse: siquidem decimo quinto ætatis anno Christum peperit, quibus si addas triginta et tres, quos Christus vixit, summam efficiunt quadraginta octo annorum; ac deinde viginti quatuor annos in terris transegisse. Hæc sententia

est Adremi. Idem sentit Epiphanius Presbyter Constantinopolitanus in vitâ Virginis, et plures alii. Tu.

y. Exallabitur sicut unicornis cornu meum, * Et senectus mea in misericordiâ. y. Corona dignitas senectus, quæ in viis justitiæ reperitur.—Et senectus.

LECTIO 5.

Joan. B. Cancelloto. Annal. Marian. ann. 72.

Annò octo et quinquaginta ab ortu Christi cum secundo et septuagesimo Virginis magnâ ex parte concurrir: ideoque quòd vixisse illam ultra hunc terminum, aut ante mortuum esse, negent hoc avo plures, adherentes Epiphanio et Cedreño propter auctoritatem magni Areopagitæ Dionysii, qui se unâ cum Apostolis, aliisque apostolorum discipulis interfuisse testatur Deiparæ funeri; inde conficitur, eam hoc ipso anno de terrâ migrasse: quam sententiam suffragatorum numero præstantem cæteris omnibus, inductoque in plures orbis Christiani paries precario serio, decadas non senas, sed septenas globulorum continente, jam ferè communi nos non sine diligenti examine referemus.

y. Dedit Dominus ipsi fortitudinem * Et usque in senectutem permansit illi virtus. y. Mortua est in senectute bonâ Virgo MARIA. —Et usque.

LECTIO 6.

Bened. XIV. De Festis lib. II. c. 8. n. 6.

Annus, quo mortua sit, non definit Andreas Cretensis in oratione primâ in Dormitionem Sanctissimæ Deiparæ, sed ait, illam migrasse ab humanis, ubi ad extremam devenisset senectute. Nicephorus Evodii inmixtus auctoritati putat usque ad quinquagesimum notum

vixisse ætatis suæ annum. Epiphanius Presbyter Constantino-politana opinionem affert Hippolyti Thebani septem et quinquaginta natam annos è vitâ excessisse, deinde verò ab opinione recedens Hippolyti duos illi tribuit, et septuaginta annos. Alii verò ex quadam traditione contendunt, tertio et sexagesimo anno mortem obisse... Opiniones omnium affert Benedictus decimus tertius, ac ad veritatem ait accedere illam sententiam, quæ Beata Virgini duos tribuit et septuaginta annos. Tu.

¶ Dixerunt et senes: veni et sedè in medio nostrum, et iudica nobis, * Quia tibi Deus dedit honorem senectutis. ¶. Ætatis ac senectutis eminentiam dignam, et ingenitæ nobilitatis cantem. —Quia. —Gloria. —Quia.

Honalia de Communi.

¶. 7. Senectus venerabilis est, * Et ætas senectutis vita immaculata. ¶. Vitâ excedendo, senectute digna apparebo. —Et ætas.

Bened. 8. Sicut dies juventutis tuæ, ita et senectus tua; * Quia ab infantia optima conversationis actus tui. ¶. Junior fui, etenim senui, quia ætas senectutis meæ vitæ immaculata. —Quia. —Gloria. —Quia.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Montisonensis de Lætitia.

S. Alb. Faci, de Imag. Arag. Sub invocatione de Lætitia, sive ob acceptum lætum nuntium, quando inventa fuit, sive ob placidum lætumque ejus aspectum, tribus ab urbe Montisonis milliaribus, in monticulo de Cellis dicto, à quo etiã olim nomen obtinuit, lignea Deiparæ Imago pluribus ab hinc sæculis impensè colitur. Ejus templum, cui adjunctum est hospitium, à Jacobo primo Aragonia

rege reparatum traditur, ob beneficia accepta à divâ Virgine de Lætitia, quando in carcere arcis Montisonis reclusus fuit. De hæc Imago quoque fertur, quòd invocata cum fuerit in periculis maris à quadam Bullon dicto, benignè ei adfuerit. Feriã secundâ Paschæ à Montisonensibus solemnè supplicatione invisitur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Thomâ Arch. Valentino. *Conc. 4. p. 2. in Ass. B. V.*

345. Mansit igitur non modo dies aliquot sed et annos plurimos Virgo Sacra in terris, Deo pro sua Ecclesiâ providente, ut ejus doctrinâ et moribus fundaretur. Tu. *Vesp. à capit. de sequenti.*

DIE X. AUG.

ADVOCATIONIS B. M. V.

Duplex.

Lect. 1. Noct. fer. occur.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Serm. in Nativ. B. M. V.

LECTIO 4.

Ad Patrem verebaris accedere, solo auditu territus, ad folia fugiebas: JESUM dedit tibi mediatorem. Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? Exaudietur utique pro reverentiã suã: Pater enim diligit Filium. An verò trepidas et ad ipsum? Frater tuus est, et caro tua: tentatus per omnia absque peccato, ut misericors fieret. Hunc tibi fratrem MARIA dedit. Tu. ¶.

LECTIO 5.

Sed forsitan in ipso majestatem ve-reare divinam, quòd licet factus sit homo, manserit tamèn Deus. Ad-vocatum habere vis et ad ipsum? Ad MARIAM recurre. Pura si quidèm humanitas in MARIA, non modò pura ab omni contamina-

LECTIO 8.

tione, sed et purâ singularitate natura: Nec dubius dixerim, exaudietur et ipsa pro reverentiã suã. Exaudiet utique Matrem Filius, et exaudiet Filium Pater. Filioi, hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ. Tu. ¶.

LECTIO 6.

Quid enim? Potest ne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam? Non audire, aut non audiri Filius potest? Neutrum planè. Invenisti, ait Angelus, gratiam apud Deum. Feliciter. Sempèr hæc inveniet gratiam et sola est gratia quæ egemus. Prudens Virgo non sapientiam, sicut Salomon, non divitias, non honores, non potentiam, sed gratiam requirebat. Nimirum sola est gratia quæ salvamus. Quid nos alia concupiscimus fratres? Quæramus gratiam, et per MARIAM quæramus, quia quod querit invenit, et frustrari non potest. Tu. ¶.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 19. 25.

In illo tempore: Stabant juxta crucem JESU Mater ejus, et soror Matris ejus Maria Cleophe, et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Ej. In meditation. super Salv. Regina. Eja ergò advocata nostra. O laudabilis clementia Salvatoris, qui sic afflictis tam nobile subsidium dignatus es largiri: et ideo non est timendum, quin miseraris miseris, ad illam partem inclinans sententiam, quam defendis, ut nobis exhibeas gloriam quam peperisti. Non ergò restat Dominam, nisi ut illos misericordes oculos ad nos convertas. Tu. ¶.

Bened. Cujus advocacionem.

Eja ergò advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Non dubitamus, Dominam, quin si nostras aspexeris miserias, non possit tua miseratio suum retardare effectum, et facere mirabiles, nec non et amabiles illi tuorum radii oculorum, quibus nos allicis ad amorem, et ad plenam ducis salutem, ne venenatos oculos basilisci timeamus. Tu. ¶.

LECTIO 9.

O Væ oculi venenati, cur non offeris vos oculis Virginis, si vultis perfectam recipere medicinam? Nam suorum claritas oculorum tenebras expellit, effugit catervas dæmonum, purgat vitia mentium, corda congelata accendit, et dæmum ad cælestia trahit. O quam beati, ò Dominam, quos tui viderint oculi! Hos ergò oculos ad nos Dominam converte. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Ad te suspiramus gementes et flentes in hæc lacrimarum valle: eja ergò, advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte.

CANON.

Ex Sixto Papâ quarto. *Const. cum præcelsa. — an. 1476. 346.* Ipsa «Beata Virgo» utpote via misericordiæ, Mater gratiæ, et pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere gravantur, scudula oratrix et pervigil ad regem quem genuit, intercedit. *Vespera de sequenti.*

DIE XI. AUG.

SS. VITÆ B. M. V.

Duplex majus.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui totam sanctissimam

vitam Beate Virginis MARIE hodiè recolimus, ipsius actus fidelitèr in nobis exprimere valeamus. Per Dominum nostrum.

Lect. 1. Noct. de Comm.

IN II. NOCT.

Sermo S. Fulberti Ep. Carnotensis. *Serm. de Nat. B. V.*

LECTIO 4.

Beata Virgo nata est de stirpe Abrahamæ, atque Davidis Regis juxta relationes et scripturas sanctorum Patrum, in Civitate Nazareth, Patre nomine Joachim ex eadem urbe oriunda, Matre verò Anna nomine, oriunda ex civitate Bethleem. Vita quorum simplex et reclusa ante Dominum, apud omnes irreprensibilis et pia erat. Nam omnem substantiam suam tritarè dividebant, unam partem templo, et templi servitoribus impendebant, aliam peregrinis et pauperibus erogabant, tertiam sibi et suæ familiae usibus reserabant. Ita iusti Deo, et hominibus pauperes annos circiter virginis, castum Domini conjugium sine liberorum procreatione exercebant. Tu. g.

LECTIO 5.

Voverunt tamèn si fortè Deus donaret eis sobolem, eam se Domini servitio mancipaturos. Evolutis ergò lot annorum curticulis, missus est angelus Domini prius ad Joachim, deindè ad Annam, nuntians eis nascituram filiam nomine MARIAM, cui similitudine nec antè nata fuerit nec postea nasceretur. Factum est itaqùe juxta verbum angeli, nata est in civitate Nazareth sanctissima Virgo MARIA, et mansit ibi tribus annis in paternâ domo, postea verò sicut patres illam Deo voverunt, ducta Jerosolymas in templo Domini conservata est usque ad quartum decimum annum, jejuniis et orationi-

Augusti.

bus serviens die ac nocte, et virginitatem suam vovens, quod antè virgo ulla non fecerat, angelicis colloquiis frequentèr utens. Tu. g.

LECTIO 6.

Deindè cum esset reversa ad domum Parentum suorum in civitatem Nazareth, missus est ad eam angelus à Deo nuntians ei conceptionem Filii Dei: fuit ergò conceptus Dei Filius in Nazareth, natus in Bethleem. Post Nativitatem verò Christi mansit cum Filio usque ad passionem crucis, ubi Christus Virginem Matrem Virgini Discipulo Joannicommandavit. Hic ministravit ei post passionem et resurrectionem et ascensionem Domini in finem. Fuit autèm sepulta Sanctissima Virgo in valle Josaphat, ubi edificata est ecclesia in honorem ejus. Post verò cum religiosi Christiani reliquia Matris ejus, videlicet Domini, respicere vellent, sepulchrum vacuum invenerunt. Crediti ergò Christiana pietas, quia Christus Deus Dei filius Matrem suam gloriosè resuscitaverit, et exaltaverit super caelos. Tu. g.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 1. 1.

Liber generationis JESU-Christi, filii David, filii Abraham. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Libr. 2. de cons. Evang. c. 1.

Insequitur ergò humanam generationem Christi Matthæus, ab Abraham generatores commemorans, quos perducit ad JOSEPH virum MARIE, de qua natus est JESUS. Neque enim fas erat, ut ab hoc eum à conjugio MARIE separandum putaret, quòd non ejus concubitus, sed Virgo peperit Christum. Hoc

Die XIII. Augusti.

enim exemplo magnificè insinatur fidelibus conjugatis, etiàm servatà pari consensu continentia, posse permanere, vocarique conjugium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu: præsertim quia nasci eis etiàm filius potuit sine ullo complexu carnis, qui propter solos filios adhibendus est. Tu. g.

Benedictio Cujus Sanctissimam Vitam.

LECTIO 8.

Cum autem evidentèr dicat Apostolus ex semine David secundum carnem Christum, ipsam quoque MARIAM de stirpe David aliquam consanguinitatem duxisse dubitare utique non debemus. Cujus feminae, quoniam nec sacerdotale genus lateatur, insinuante Lucà, quòd cognata ejus esset Elizabeth, quam dicit de filiabus Aaron; firmissimè tenendum est carnem Christi ex utroque genere propagatam, et regum scilicet et Sacerdotum: in quibus personis apud illum populum Hebræorum etiàm mystica unctio figurabatur, id est, Christa, unde Christi nomen elucet, tantò autè etiàm istà evidentissimà significatione prænuntiatum. Tu. g.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Bullensis de Compassione.

Gumpenb. Imag. 355.

Bullensis pagus in Helvetiâ sub ditione Friburgensium Templum Deiparæ antiquum habet, quod ab hæreticis dirutum, à Patribus Oratorii iterum suji restauratum, eos tamèn nobiles et opulenti cives ære suo vehementèr adjuvantes. Causam restaurando à fundamentis templo dedit Statua Deiparæ adhuc integra. Quomodò illa sagacem furorem hereticorum evaserit, prope miraculo est. Hodie

etiàm certè nulla et grandia miracula eo in ipso loco patrantur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Divo Bernardo Abbate. *Ep. 174. ad Canonic. Lugdun.* 547. Decuit Regnam Virginum, singulari privilegio sanctitatis absque omni peccato ducere vitam, ut dum peccati mortis pareret peccatiorem, munus vitæ et justitiæ omnibus obineret. Tu.

Cum 2. Vesp.

DIE XIII. AUG.

IN FELICISS. OBITU B. M. V.

Duplex majus.

IN I. VESPER.

Antiph. et capitul. de Laudibus.

HYMNUS 295. *Vilamijana.*

Heu! Cur delineor, nec patrios licet Opiatos, superum limina, visere Fines? Urget amor me, cruciali mora.....

Volvit corde Deipara;

Et clamat: fragilis vincula corporis

Solvantur, pateant carceris ostia Terreni, voliet per loca spiritus

Jugi luce nitentia.

Nun, Fili, gemitus Matris et anxios

Singultus, lacrymas, votaue percipis?

Ergò fac, veniam carpere lauream,

Et tecum tua præmia.

O vos aligeræ militiæ chori,

Mentes angelicæ, dicite pectoris

Materni stimulos, vulnera dicite,

Questus dicite flebiles.

Ut jam perpetuò mentibus hæreat

Nostris, fac, Genitrix, Jona perennia

Carpendi vehemens ardor et ocrùs

Mittendi pereuntia.

Æterna Triadi semper et amplius

Sit laus, imperium summaque gloria.

Quæ cœli miseris gaudia præbeat,
Obsecrante Deiparâ. Amen.

ꝑ. Concupiscit et deficit anima mea.

ꝑ. In atria tua, Domine.

Ad Magnific. ant. Nuntiate dilectio meo, filia Jerusalem: nuntiate dilectio meo, quia amore langueo.

Oratio de laudibus.

AD MATUTINUM.

Invitor. Christum Deum vocantem ad cœlos Matrem: * Venite adoremus.

HYMNUS 296. *Brev. Gall.*
Quæ longa tandem, Virgo, post suspiria

Te donat astris, reddit et Nato dies:
Hunc prævenire cantibus festis decet:

Nosstras, benigna Mater, ausculta preces.

Te nempè nobis, ut Joanni Filius Matrem reliquit, è crucis pendens trabe;

Agnosce natos, Virgo, quos fratres sibi,

Deoque Christus comparavit filios.
Tu Christiani flos deusque nominis,

Adstas petenti Spiritum cœnaculo:
Apostolis mox verba seminantibus,
Tu charitate parturis Ecclesiam.

Quæ nos amore tam pio completis,

Nos gratulari da tuis honoribus:
Jam nos relinquas Mater: at nostri memor

Te comprobabis sedulâ matrem prece.

Sit sempiterno sempiterna laus Patri:

Sit sempiterno Filio Patris decus:
Qui necis ambos, æquus ambobus, tibi,

Divine, sit laus sempiterna Spiritus.

Amen.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Veni, Domine, noli tardare: suscipe Spiritum meum.

2. O mors, quàm dulcis est memoria tua animæ meæ!

3. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam.

ꝑ. Domine, quândo veniam.

ꝑ. Et apparebo ante faciem tuam.

De libro Sapientia.

LECTIO 1. c. 4. 7.

Justus, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero compellata: cani autem sunt sensus hominis et ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatores translatus est. Tu.

ꝑ. Sitivit anima mea ad Deum forlem vivum: * Quemadmodum desiderat cervus ad fontem aquarum, ita desiderat animam meam ad te, Deus. ꝑ. Et effudi in me anima mea, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. — Quemadmod.

LECTIO 2.

Consummatus in brevi explevit tempora nulla: placida enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem videntes et non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia: quoniam gratia Dei et misericordia est in sanctos ejus, et respectus in electos illius. Tu.

ꝑ. Adjuvo vos, filia Jerusalem, si inveneritis dilecto meo, * Ut nuntiatis ei desiderium meum. ꝑ. Fulcite me floribus, stipale me malis, quia amore langueo. — Ut.

LECTIO 3.

Condemnat autem justus mortuus

vivos impios, et juvenus celerius consummata longam vitam injusti. Videbunt enim finem sapientis, et non intelligent, quid cogitaverit de illo Deus, et quarè moverit illum Dominus. Videbunt et contemnent eum: illos autem Dominus irridebit. Tu.

ꝑ. Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam: * Expedi enim mihi mori, magis quàm vivere. ꝑ. Tu scis necessitatem meam, et quia nunquàm lætata sit ancilla tua, nisi in te, Deus Israel. — Expedi. — Gloria. — Expedi.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Qui sunt isti, qui tu nobis volant, et in Sion simul conveniunt?

2. Ecce reges terræ congregati sunt, principes populorum convenerunt in unum.

3. Cum Mater Dei esset proxima morti, Apostoli et discipuli Domini ante eam convocati sunt.

ꝑ. Ubi fuerit corpus.

ꝑ. Ibi congregabuntur et aquilæ.

Sermo S. Joannis Damasceni.

Orat. 2. in dorm. B. V.

LECTIO 4.

Cernere mihi videor hanc sanctis sanctiorem et sacris sacraforem, piisque pietate præstantiorem: hanc, inquam, dulcem mannae inquam, vel ut verius dicam, fontem, in divinâ, celebratissimâque Davidis civitate, humili lecto recubantem. Aderant igitur oculati illi testes, et ministri Verbi, ut pro eo, ac debeant, ipsius etiàm Matri ministrarent, et ex ipsâ benedictionem, amplissimamque hereditatem haurirent. Unâ etiàm aderant ipsorum assecræ et successores, ut cùm ministerii, tùm benedictionis participes essent. Sed et insuper aderat electum à Deo agmen, quod Jerusalemis versabatur. Tu.

ꝑ. Cum convenissent Apostoli ante conspectum Virginis, locuta est eis, dicens: * Ego ingredior viam universæ terræ: confortamini, et custodite præcepta et judicia Filii mei. ꝑ. Dabo autem operam, et frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam facialis. — Ego ingredior.

LECTIO 5.

Quid ne angelorum quid calerva ab hoc cœlu abiit? Huic omnes aderant spiritus fulgore collucenti, splendidissimique eos radiis illuminanti, qui reverentiâ et metu, et immobili amore purum in eam mentis oculum defigebant. Hic divinitus inspirati sermones: hic divini hymni et orando discussui idonei. Applaudebat universus Sanctorum chorus: Tu predicationes nostras implevisti: tu lætationem, quam præstolabamur, attulisti; per te enim mortis vinculis soluti sumus. Veni ad nos, ô Domina, vitamque ferens suppellex. Veni ad nos tui cupidus, quæ nostram explesti cupiditatem. Tu.

ꝑ. Nunc ecce, filii mei, vado in cœlestem Jerusalem, et scio quia * Amplius non videbitis faciem meam vos omnes. ꝑ. Magnus autem flexus factus est omnium, dolentes maxime in verbo, quod dixerat. — Amplius.

LECTIO 6.

At verò non infirmioribus eam sermonibus circumstantium Sanctorum, qui adhuc in corpore versabantur, multitudo retraheret his ferè verbis: mane nobiscum, nostra consolatio; unicuique in terrâ solamen: Ne nos orphanos deseras benigni illius et misericordis Mater, qui Filii tui causâ perichlamur. Te laborum requiem, sudorūque refrigerium habeamus. Ti-

bi remanere volenti potestas est, et abire cupienti nihil impedimentum est. Sin habeas, ò Dei tabernaculum, unà quoque nobis, qui tuus obtutum Filium populus sumus, abire liceat. Tu sola nobis in terrâ consolatio relicta est: et te vivente simul vivere, et te moriente mori beatum est. Tu.

¶ Heu, heu, Mater nostra, quare nos vis relinquere? * Lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vite nostræ. ¶ Omnia simul in te unâ habentes, nos non deberes derelinquere. — Lumen. — Gloria. — Lum.

IN III. NOCT.

Antr 1. Filii, nolite flere: quod ego vado, vos non potestis venire modò.

2. Non relinquam vos orphanos: sub meis præsidiis semper manebitis.

3. Recordare, Domina, ut loquaris pro nobis bona, cum steteris in conspectu Dei.

¶ Nomen tuum, et memoriale tuum, Domine.

¶ In desiderio anime meæ.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 9. 23.

In illo tempore: Cum venisset JESUS in domum Principis, et vidisset libitines, et turbam tumultuantem, dicebat: recedite; non est enim mortua puella, sed dormit. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Damasceni.

Orat. 2. in Domil. B. V.

Mox consentanea quædam istis, et congruentia, et contingisse opinor. Nimirum Regis ipsius ad Matrem suam adventus, ut divinis suis ac purissimis manibus, sanctam, intaminatamque et labis expertem ejus animam susciperet. Atque ipsa qui-

dem, ut à vero non abhorret, dixit: in manus tuas, Fili, commendo Spiritum meum: accipe ergò caram tibi animam, quam immemem à culpa servasti: tibi, ac non terræ culpæ meum trade: salvum hoc custodi, in quo dignatus es inhabitare, et quod nascendo incorruptum conservasti. Tu.

¶ Heu mihi, Domine, quia incolatus meus prolongatus est! * Multum enim incola fuit anima mea. ¶ Me expectant justî, doxæ retribuas mihi. — Multum enim.

Bened. 8. Cujus obitum felicissimum colimus.

LECTIO 8.

Tu carissimis meis filiis, quos tu fratres appellare non dubitasti, migrationis meæ solatium esto. Per manum mearum extensionem benedictionem eorum novis benedictionibus cumula. Tunc sublati, ut credere licet, manibus, omnibus qui collecti erant, benè precata est. Hæc loquuta cum esset, vicissim quæ audisset: veni in requiem meam, benedicta Mater meæ; surge, veni, amica meæ, pulcherrima mulierum. Ecce nimî hyems transit, tempus putationis advenit: tota pulchra es, amica meæ, et macula non est in te: odor unguentorum tuorum super omnia aromata. His Sancta illa auditis Spiritum suum in Filii manibus deponit. Tu.

¶ Surge, propra amica meæ, columba meæ, formosa meæ: Veni, veni, coronaberis. ¶ In manus tuas, Domine, commendo Spiritum meum. — Veni. — Gloria. — Veni.

Si vigilia Assumptionis venerit in Dominicâ, nona lecto hodiè dicatur de Homilâ Vigilie ut infra in die sequenti.

LECTIO 9.

Quid verò accidit? Elementorum, ut reor, commotio et immutatio,

voecesque et soni, digna angelorum cantica, qui partim præcurrerent, partim comitarentur, partim assectarentur. Et quidem alii ex ipsis immaculatæ et sanctissimæ anime in satellitio erant, et in coelum scandentem stipabant, quosquæ regio solio Reginae siserent: alii rursus divinum, et sacrum corpus cingebant, hymnisque angelorum propriis Dei Parentem celebrabant. Tu Te Matrem Dei.

AD LAUDES

et per Horas antiphona.

1. Mihi vivere * Christus est, et mori lucrum: Quis me liberabit de corpore mortis hujus?

2. Non ad mortem, * sed ad vitam confendo: ex labore ad requiem vado.

3. Anima meæ * in manu Dei est, et non me tanget tormentum mortis.

4. Inclina ad me aurem tuam, accelera; ut eruas me, Domine.

5. Euge, euge, * Mater meæ; veni de Libano, veni: coronaberis.

CAPITULUM. Tob. 3. 6.

Et nunc, Domine, secundam voluntatem tuam fac mecum, et præcipe in pace recipi Spiritum meum: expedit enim mihi mori, magisquam vivere.

HYMNUS 297. Brev. Gall.

Quòd carne Christum, Virgo, pararis, vocant

Hinc te beatam: rectius occupas Nomen beate, quæ fidei Credideris, pia Virgo, corde.

Orbata Nato, non muliebriter Ploras adeptum. Scilicet altior Tellure, cælestes, triumphans Quò rediit, mediâris arcas.

Amoris illuc te rapit impetus; Tardi sed obstant vincula corporis, Delesque durum longioris Exilii tolerare pondus.

Hæc vota tandem, qui cumulas, Pater, Succurre nobis, auspice Filio: Infunde sacrum, quo vigemus Pectoribus, Deus alme, Flamen. Amen.

¶ Pretiosa in conspectu Domini. ¶ Mors Genitricis Dei.

Ad Benedict. ant. Exclamavit, dicens: In manus tuas, Domine, commendo Spiritum meum, et inclinato capite, tradidit Spiritum.

Oratio.

Veneranda nobis, Domine, hujus Diei Festivitas opem conferat salutarem, in qua Sanctæ Dei Genitricis mortem simul temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ Filium tuum de se genuit incarnatum. Qui tecum vivit.

AD PRIMAM.

Ant. Mihi vivere. Cap. Et nunc de Laudib.

¶. ¶. br. Quæ hodiè ex hoc mundo migrasti.

CANON.

Ex Martyrologio Usuardi.

Sub die 13. Augusti.

348. Dormitio Sanctæ Dei Genitricis MARIE, ejus sanctissimum Corpus, etsi non inventur super terrâ, tamen pia Mater Ecclesia ejus venerabilem memoriam, sic festivam agit, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. Tob. 14. 14.

Cunctis diebus, quibus nunc misit, expecto, donec veniat immutatio meæ.

¶ Cupio dissolvi, * Et esse cum Christo. — Cupio y. Mihi vivere Christus est, et mori lucrum. — Et. — Gloria. — Cupio.

¶. Educ de custodia animam meam.

¶. Ad confitendum nomini tuo.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. *Prov.* 13. 12.
Spes, quæ differtur, affligit animam,
lignum vitæ desiderium veniens,
quod si compleatur, delectat ani-
mam.

g. *br.* Educ de custodia * Ani-
mam meam.—Educ. y. Ad confi-
tendum nomini tuo.—Animam.—
Gloria.—Educ.

y. Ego dilecto meo. g. Et dile-
ctus meus mihi.

AD NONAM.

CAPITULUM. *Cant.* 2. 10.
En dilectus meus loquitur mihi;
surgo propera, amica mea, columba
mea, formosa mea, et veni.

g. *br.* Vox * dilecti mei pulsantis.
—Vox. y. Veni de Libano, in
sponsa mea.—Dilecti.—Gloria.—
Vox.

y. Lava ejus sub capite meo.
g. Et dextera illius amplexabitur
me.

IN II. VESP.

Antiph. et capit. de Laudib.

HYMNUS 298. *Vilamijana.*
Oplata dudum luxerat
Felix dies, cum Virgini
Cœli palerent janua,
Vinetis solute sæculi.

Christus vocat jam nomine
Matrem, triumphos cœlestes
Lætos parant, et lectulo
Migrantis adsant filii.

Fient filii, sed fœntium
Mater dolores temperat,
Verbis amicis alloquens
Factaque spe cœlestium.

Tum vis amoris, carnæ
Compagne rupit, Virginis
Cœli per orbis Spiritum
Ad pacis infert menia.

O quæ negasti nemini,
Nobis opem da orantibus:
Et, mortis horâ, fortior
Confringe vires hostium.

JESU, tibi si gloria,

Qui Matre natus Virgine,
Ipsam beas purissimo
Cœlestis aula gaudio. Amen.
y. Pretiosa in conspectu Domini.
g. Mors Genitricis Dei.

Ad Magnific. *ant.* Deducant ocu-
li nostri lacrymas, et palpebræ no-
stræ defluant aquis, quoniam facti
sumus orphanæ absque Matre.

Oratio de Laudib.

DIE XIV. AUG.

EXEQUIAR. B. M. V. ET VIGIL.
ASSUMPTIONIS.

Duplex.

AD MATUTIN.

Invitator. Non dabit Dominus *
Matrem suam videre corruptionem.

HYMNUS 299. *Vilamijana.*
Audis ut resonant flētibus aera?
Ut ducant misero funera carmine?
Hoc funus Domini Matris, hic or-
phanis

Ingens planctus Apostolis,
Matrum quæ lacrymas abluet
exulum,

Suspirant, animi vulnera leniet?
Quæ gressus dæbios diriget? Ad
viam

Quæ ducet pia devotus?
Mors audez nimium, prolis et
invida

Sancta, de medio tollere; cur tibi
Dilectam licuit? Redde dolentibus
Raptam funere lugubri.

Dum sic congeminant tristia tri-
stibus
Defunctæ memores Matris apostoli,
Ejusdem peragrat Spiritus impiger
Cœlorum penetralia.

Prenis, Virgo Parens, eruta sæ-
culi
Sanctorumque tenens culmina, re-
spice

Quam multis premimur; discute
noxia

Et natis bona postula.

Sanctæ sit Triadi gloria, laus,
honor,
Cujus sollicito numine volvitur
Orbis, quæ, meritis Virginis, an-
nuat

Lassis otia patriæ. Amen.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Planxit eam omnis po-
pulus planctu magno.

2. O Domina nostra, solatium
vitæ nostræ, lumen oculorum no-
strorum.

3. Tecum vivere beatum erat:
tecumque mori beatum esset.

y. Plangit Virginem Matrem
omnis terra.

g. Familiæ et familiæ seorsum.

De libro tertio Regnum.

Cap. 8. 1. LECT. 1.

Tunc congregati sunt omnes majo-
res natu Israel cum principibus tri-
buum, et ductus familiarum filia-
rum Israel, ad regem Salomonem
in Jerusalem, ut deferrent arcam
fœderis Domini de civitate David,
id est, de Sion. Conventique ad re-
gem Salomonem universus Israel
in mense Ethanim, in solemnî die,
ipse est mensis septimus. Tu.

g. Levaverunt Apostoli vocem
suam, et flevit super tumulum
Deiparæ: * Flevit autem et omnis
populus planctu magno. y. Scindi-
de vestimenta vestra, et accingimî
saccis, et plangite ante Exequias
Virginis MARIE.—Flevit.

LECTIO 2.

Veneruntque cunctis senes de Isra-
el, et tulerunt arcam Sacerdotes,
et portaverunt arcam Domini, et ta-
bernaculum fœderis, et omnia va-
sa Sanctuarii, quæ erant in taber-
naculo: et forebant ea Sacerdotes et
Levitæ. Rex autem Salomon, et
omnis multitudo Israel quæ conve-
nerat ad eum, gradiebatur cum illo
ante arcam, et immolabant oves

absque æstimatione et numero. Tu.

g. In die illa magnus erit plan-
ctus in Jerusalem, * Sicut planctus
adadremmon in campo Mageddon.
y. Apostoli plangunt in morte Vir-
ginis MARIE et dolent super eam,
sicut doleri solet in morte pri-
mogéniti.—Sicut planct.

LECTIO 3.

Et intulerunt Sacerdotes arcam fœ-
deris Domini in locum suum, in
oraculum templi, in Sanctum San-
ctorum, super alas Cherubim. Si-
quidem Cherubim expandebant
alas super locum arcæ, et prote-
gebant arcam et vectes ejus desu-
per. Cumque eminentes vectes,
et apparet summitates eorum
foris Sanctuarium ante oraculum,
non apparebant ultra extrinsecus,
qui et fuerunt ibi usque in præ-
sentem diem. Tu.

g. Deducant oculi nostri lacry-
mas, et palpebræ nostræ defluant
aquis. * Quia vox lamentationis
audita est de Sion. y. Contem-
plamini obitum Genitricis Dei, et
vocale lamentatrices, et veniant,
et properent.—Quia.—Gloria.—
Quia.

IN II. NOCT.

Ant. 1. Omnes plorabant in cir-
citu tumuli, videntes se tantâ Ma-
tre orbos.

2. Quid faciemus filii sine Ma-
tre? Lumen oculorum nostrorum,
solamen vitæ nostræ.

3. Nobis tecum beatum esset
mori, sicut beatum erat tecum
vivere.

y. Sepelierunt eam viri timorati.
g. Et fecerunt planetum mag-
num super eam.

Sermo S. Jeannis Damasceni.

Serm. 2. in Dorm. B. V.

LECTIO 4.

Angelus quidem canentibus hym-

num eis convenientissimum, Apostolis autem et à Deo inspiratis Patribus Deo grata canentibus cantica, et quibus applaudebat Spiritus... tunc arca Domini sublata ex monte Sion vecta inclitis humeris Apostolorum, in celeste templum transmittitur per mediam civitatem tanquam quaedam Sponsa speciosa decorata splendore spiritus, ad quem non patet aditus: et sic fertur in sacratissimum pradium Gethsemanes, angelis præcurrentibus, consequentibus, alis congentibus, Ecclesiae tota congregatione. Tu.

¶ Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, et Sacerdotes stirpis leviticæ portantes eam, Vos quoque consurgite, et sequimini præcedentes. ¶ Tollite arcam fœdatis, et præcedite populum.—Vos.

LECTIO 5.

Et quomodo Rex Salomon propter arcam requiem in templo Domini, quod ipse construxit, omnes seniores Jerusalem vocavit ad concionem in Sion, ut transferret arcam testamenti Domini de civitate David, quæ erat Sion; sic tunc propter requiem arca intelligentis, non testamenti Domini, sed ipsius hypostasis Dei Verbi, ipse novus Salomon, qui est Princeps pacis, et universi optimus architectus, mentium celestium super mundanos ordines, et novi testamenti proceres, apostolos, inquam, cum universo populo sanctorum, qui erat Jerosolymis, hodiè congregavit, et animam quidem per angelos in Sancta Sanctorum introduxit. Tu.

¶ Venerunt cuncti senes de Israel, et tulerunt arcam Sacerdotes, et intulerunt eam in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum Sanctorum subter alas

Cherubim. ¶ Surge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tue.—In orac.

LECTIO 6.

Portatum autem corpus manibus Apostolorum, Rege regum id agente suæ, quæ sub aspectum non cadit, divinitatis; et toto cœtu populi præcurrente, et sacras voces emittente, et sacrificante sacrificium laudis.... ad sacratissimum Gethsemanem deferitur, ubi rursus oscula, et complexus, rursus laudes et hymni sacri, et lacrymæ ex angore, et calenti amore sudorum scatebræ manantes: ac videre licebat sudores, et lacrymas fluentes suis multo veluti eertamine conflantes. Atque ita sanctum Corpus clarissimo, præstantissimoque tumulo imponitur. Tu.

¶ Portaverunt Apostoli, et discipuli Domini corpus Beatæ Virginis MARIE in Gethsemani, * Ubi celebrantes Exequias planctu magno sepelierunt illud. ¶ Vox lamentationis audita est de Sion, ploratus et ulcatus multus.—Ubi.—Gloria.—Ubi.

IN III. NOCT.

Ant. 1. Mortua est MARIA, et congregatus est universus Israel, et planxerunt eam, et sepelierunt eam.

2. Nequaquam, ut mori solent alii homines, mortua est Virgo: si mortua est, in refrigerio est:

3. Justorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis.

¶ Virtus de corpore ejus exibat. ¶ Et sanabat omnes.

LECTIO Sancti Evangelii secundum Matthæam.

LECTIO 7. c. 27. 37.

In illo tempore: cum serò factum esset, venit quidam homo ab Ari-

mathæa, nomine Joseph. Et reliqua.

Homilia S. Simeonis Metaphrastes. De vita et dormit. *Deip. apud Chr. de Castro c. 21.*

Cum autem in orbem Sanctæ Virginis corpus circumdedisset Apostolorum chorus, et quidquid electum erat ex viris, et mulieribus, et hymnis honorabant, qui illud deducebant, et omnia membra reverenter quidem et amantèr complectebantur, non solum suum ostendentes desiderium, sed vel ex tactu credentes percipere utilitatem. Fidem autem cœca est operum demonstratio cæcis oculi illuminabantur, surdis aures aperiebantur, et quodlibet morborum et ægritudinum genus faciliè dissolvebatur. Cur non dico quæ sunt perfectiora? Aer quidem et cælum ascensu spiritus sanctificabatur, terra autem similiter depositione sacri Corporis. Tu.

¶ Quicumque aliqua definebantur infirmitate, statim sanabantur. Ad contactum mundissimi Corporis ejus, quia virtus de illo exibat, et sanabat omnes. ¶ Cæci vident, sardi audiunt, claudi ambulant, mortui resurgunt.—Ad contactum. *Bened. Cujus Exequias.*

LECTIO 8.

Ex S. Sophronio Orat. in dorm.

B. V.

Ad cujus profectio exequias, quantum fas est credere, famalabantur Angeli, et universæ cælorum congratulabantur curiæ. Neque mirum quia honor maternus ejus est, qui natus est ex eâ, quem omnis cælorum ordo veneratur, et adorat super se elevatum cum Patre in sede majestatis Domini. Legimus enim quàm sæpè ad funera, et sepulturam quorumlibet Sanctorum Angelos convenisse, et ad exequias

eorum obsequia perstitisse, necnon et animas electorum usque ad cælum cum hymnis et canticis detulisse... Quanto magis credendum est hodiernâ die militiam cum suis agminibus festivè obviam venisse Genitrici Dei, eamque celesti lumine circumfulsisse, et usque ad thronum olim sibi etiâ ante mundi constitutionem paratum cum laudibus et canticis spiritualibus perduxisse. Tu.

¶ Cum duceretur arca Domini ad sepulchrum, iniquus Judæus irritum contra eam, ut in terram deiceret: * Sed Dominus iratus est contra eum, et percussit eum super temeritate. ¶ Penitentia autem ductus flevit amarè peccatum suum, et salutem iterum obtinuit.—Sed Dom.—Glor.—Sed.

Pro commemoratione Vigiliæ Assumptionis.

LECTIO S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 9. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua. Homilia S. Augustini Episcopi.

Tract. 10. in Joann.

Beata Virgo MARIA, quia fecit voluntatem Patris. Hoc in eâ significavit Dominum, quia fecit voluntatem Patris, non quia caro genuit carnem. Intendat charitas vestra. Propter eam cum Dominus in turbâ admirabilis videretur, faciens signa et prodigia, et ostendens quid lateret in carne, admirata quædam animæ dixerunt: Felix venter, qui te portavit. Et ille: immò felices, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. Hoc est dicere: Et Mater mea, quam appellatis felicem, indè felix, quia verbum Dei custodit, non quia in illâ Verbum caro factum est, et habitavit in nobis;